

Nudatamen ad lavandum ex more cadavere, sic vibices, ac stigmata in ejus membris undique videbantur, ac si corpus ejus materialibus fuisset virgibus allisum. Grotius in Apologet. disciplinis.

En aliud æque mirabile de Pipino Francorum Rege, ac calite in somnis de verberato, cujus meminit Hincmar. in vita S. Remigii apud Sur. Profectu temporis, inquit, Pipinus rex Caroli Magni pater, volens Episcopus Laudunensis villam, qua Anisacius dicitur, accipere sub censu, sicut et alias quasdam fecerat, venit in ea manere. Ubi cum dormiret, venit ad eum S. Remigius, dicens, tu quid hic facis; quare intraisti in hanc villam, quam te devotior homo dedit, quamque ego Ecclesie domine mee sanctæ Dei Genitricis donavi; & flagellavit eum fatis duriter, ita ut livores postea in corpore ejus parent, & cum disparuit B. Remigius, Pipinus surrexit, ac valida correptus febre, quanto cyus ab ipsa villa recessit. De qua febre non parvo tempore laboravit. Et deinceps princeps regni usque ad moderna tempora ibi non mansit. Ibid.

Idem Hincmar. de eodem S. Remigio, quando tres fratres Reges, Clotarius, Ludovicus, & Carolus regnum post patris sui obitum, inter se diviserunt, Episcopus Rhemenfis, quod tenebat Folce presbyter, Car. inter homines suos divisit: villam Juliacum Richuvino in beneficium dedit. Cum autem uxor illius nomine Berta in cubiculo villæ ipsius jaceret, venit ad eam S. Remig. dicens non est iste locus tuus ad jacendum. Alterius meriti, & officii debet esse, qui hanc villam habere, & in hoc cubiculo jacere debet. Surge quanto cyus, & hinc abscede. Quod illa parvi pendit, putans se visum inane videre. Altera vice venit ad eam S. Remig. & dixit ei, cur hinc non abcessisti, sicut tibi præcepi: Vide, ne te amplius hic inveniam. Quod illa, ut prius pro nihilo duxit. Tertio, ut venit ad eam S. Remig. dixit, nonne jam semel, & secundo præcepi tibi, ut hinc abscederes; sed quia contempisti hinc pergere, aliorum deportatione discedes. Et percussit eam virga, quam tenebat in manu. Quæ toto corpore, in maximum tumorem converso, quod vidit, viro suo Richuvino, & aliis quam plurimis narravit, & per aliquantos dies severissime cruciata, vitam finivit. Mem. ibid.

Disciplina, ut accipitur pro Castigatione, Punitione, Supplicio, agitur in loco de Pena, & Punitione.

* Discordia. Discordes.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Discordia est quedam voluntatum disgregatio, qua voluntas unius fertur in unum: & voluntas alterius fertur in aliud. Discordia Græcè, sive secundum. Ibid. est aliquorum diverſio, quos prius amoris vinculum colligavit. Et juxta B. Tb. 2. 2. 9. 37. art. 1. inquit aliquis ex tunc potuit mollire cor Saul, quin persequeretur eum. 1. Reg. 18. & infra.

Facta est longa concertatio inter domum Saul, & domum David, sed David semper proficiebat, & domus Saul continuè decreſcebat. 2. Reg. 3.

Nimis inhonestæ facta est discordia inter Abſalon ambientem regnum, & David patrem suum. Denique Abſalon, qui eam movit, suspensus est. 2. Reg. 15. 1. 8.

Rege David redeunte in Jerusalem, viri Israel turbati fuerunt, eo quod viri Juda ipsam reduxerant, aliis non vocatis. 2. Reg. 19.

Dux Mulieres meretricis litigabant coram rege Salomone, occasione unius infantis, quem utraque volebat habere. H. 3. Reg. 3.

Mortuo Salomone, petiit populus, ut à Roboam filio ejus mitius tractaretur. Quo durius respondente, recesserunt decem tribus ab eo, & fecerunt Roboam regem sibi, ex quo multa bella fuerunt inter reges Israel, & Juda. 3. Reg. 12.

Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse major, sed domino non placuisse talem contentionem, patet per ea, quæ sequuntur. Marc. 9. Luc. 22.

Litigabant Judæi ad invicem dicentes, Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Joan. 6.

Murmur multum erat de Domino Jesu in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est, alii autem dicebant, non sed fecit ducit turbas. Sequitur? Facta est dissensio, &c. Joan. 7.

Baptizato Cornelio cum omni domo sua, audierunt Apostoli, & fratres, qui erant ex Judæa, quoniam gentes receperunt verbum Dei. Cum ascendisset autem Petrus Jerusalem discipabant ad versus illum, qui erant ex circumcisione fratres dicentes: Quare intraisti ad viros? Act. 11.

Paulo, & Barnaba in civitate Iconio prædicantibus, & multa miracula

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Primum discordiam inter homines movit invidia inter Cain, & Abel: quoniam opera Cain maligna erant, fratris autem justa. Gen. 23.

Substantia Abraham, & Loth erat multa, & nequibant habitare communiter, unde & facta est rixa inter pastores gregum E. Abraham, & Loth. Gen. 13.

Quia Quinque reges servierant duodecim annis Chordor-laomor regi Elamitarum, & decimotercio recesserunt ab eo: idem factum est bellum illud de quatuor regibus adversus quinque, in quo fuit Loth capus, sed per Abraham liberatus. Gen. 14.

Viri civitatis Sodomæ vallaverunt domum, in qua erant duo Angeli, in humana specie hospiti, & volebant illos cognoscere. Vimque faciebant vehementissimè, eo quod Loth fideliter hospites defendebat. Gen. 19.

Factum est jurgium pastorum Geraræ adversus pastores Isaac, propter possessionem ovium, & armentorum, & familiarum plurimæ. Gen. 26.

Oderat semper Esau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo: Venient dies lucus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Gen. 27.

Tumens Jacob cum jurgio dixit ad Laban: Quam ob culpam meam sic exaristi in me? Et scrutatus est omnem suppellectilem meam? Gen. 31.

Occasione Dinæ filie Jacob, quam Sichem filius Emor rapuit, & oppressit, facta est discordia magna inter filios Jacob, & habitatores terræ illius. Gen. 34.

Moyſes quædam die vidit duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam: Quare percussis proximum tuum? Exod. 2.

Cum existent filii Israel de terra Ægypti, & transissent mare rubrum, Amalech venit, & pugnavit contra eos in Raphidim. Exod. 17.

Multoties jurgati sunt filii Israel contra Moyſen in deserto. Primo defectu potus: Postea habito uno cibo desideraverunt alium. Extradiati enim manna, petierunt carnes. Item ad aquas contradiſtionis convenerunt adversus Moyſen, & Aaron filii Israel, ubi jurgati sunt contra Dominum, & Moyſen. Exod. 15. & 16. Num. 20. & 21.

Inter Abimelech filium Jerobab, & viros Sichem, qui malè fecerant cum principem, fuit magna discordia suscitata: ita quod illi ceperunt eum detestari, & rebellare ei, & ipse eos expugnavit. Jud. 9.

Orta est seditio inter viros Ephraim, & Jephthe, eo quod G. Jephthe vadens ad pugnam contra filios Ammon, illos vocare voluit, ut dicebant. Jud. 12.

Pro uxore Levitæ Gabaa Benjamin, & inter tribus Israel tam vehementem discordiam, & præcium fuit, ita quod illi de tribu Benjamin, exceptis quinque viris, penitus sunt delati. Jud. 20.

Occiso à David Philistæo, iratus est Saul contra David, eo quod communiter laudabatur. Non redit oculis ergo Saul aspiciere David à die illa, & deinceps ne aliquis ex tunc potuit mollire cor Saul, quin persequeretur eum. 1. Reg. 18. & infra.

Facta est longa concertatio inter domum Saul, & domum David, sed David semper proficiebat, & domus Saul continuè decreſcebat. 2. Reg. 3.

Nimis inhonestæ facta est discordia inter Abſalon ambientem regnum, & David patrem suum. Denique Abſalon, qui eam movit, suspensus est. 2. Reg. 15. 1. 8.

Rege David redeunte in Jerusalem, viri Israel turbati fuerunt, eo quod viri Juda ipsam reduxerant, aliis non vocatis. 2. Reg. 19.

Dux Mulieres meretricis litigabant coram rege Salomone, occasione unius infantis, quem utraque volebat habere. H. 3. Reg. 3.

Mortuo Salomone, petiit populus, ut à Roboam filio ejus mitius tractaretur. Quo durius respondente, recesserunt decem tribus ab eo, & fecerunt Roboam regem sibi, ex quo multa bella fuerunt inter reges Israel, & Juda. 3. Reg. 12.

Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse major, sed domino non placuisse talem contentionem, patet per ea, quæ sequuntur. Marc. 9. Luc. 22.

Litigabant Judæi ad invicem dicentes, Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Joan. 6.

Murmur multum erat de Domino Jesu in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est, alii autem dicebant, non sed fecit ducit turbas. Sequitur? Facta est dissensio, &c. Joan. 7.

Baptizato Cornelio cum omni domo sua, audierunt Apostoli, & fratres, qui erant ex Judæa, quoniam gentes receperunt verbum Dei. Cum ascendisset autem Petrus Jerusalem discipabant ad versus illum, qui erant ex circumcisione fratres dicentes: Quare intraisti ad viros? Act. 11.

Paulo, & Barnaba in civitate Iconio prædicantibus, & multa miracula

miracula facientibus, divisa est multitudo civitatis. Quidam A erant cum Judæis, & quidam erant cum Apostolis. Act. 14.

Quadam descendentes de Judæa docebant fratres. Quia nisi circumcidamini secundum morem Moyſis, non poteritis salvi fieri. Facta ergo seditione non minima Paulo, & Barnabæ adversus illos, staturunt, ut consulerentur Apostoli, qui erant Jerusalem super hæc quæſtionem. Act. 15.

Occasione Joannis Marci, quem Paulus volebat excipere ad ministerium Evangelii, facta est dissensio inter Paulum, & Barnabam, ita ut discederent ab invicem. Attamen totum pervenit ad profectum Evangelii. Rom. 12.

Prædicante Paulo Ephesi, etiam multa miracula faciente: facta est turbatio non minima de via domini, Demetrius enim quidam argentarius faciens ædes Dianæ argenteas, præſtabat artificibus non modicum quæſtum, &c. Impleta est tota civitas confusio. Act. 19.

Quidam Judæi, videntes Paulum in templo, concitaverunt omnem populum, & inceperunt manus, clamantes: Viri Israelicæ, adjuvate. Commota est civitas tota, & facta est concursio populi. Act. 21.

Cum exclamasset Paulus in concilio. Viti fratres: ego Phariseus sum, filius Phariseorum, de spe, & resurrectione mortuorum ego judico. Facta est dissensio inter Phariseos, & Sadducæos, & soluta est multitudo. Act. 23.

Vide Tit. de Inimicitia, vel Odio.

EXEMPLA HISTORICA, ET APOPHYHEGMATA.

DEMARRATUS à Philippo Macedonum rege hospitio susceptus, qui ob novas Cleopatæ nuptias à se Olympiadem, Alexandrumque avocaverat, dicens Philippo, quo pacto Græci inter se mutuum agerent concordiam, respondit: Tua minimum interest, Philippe, Græciæ curam suscipere, qui tot discordiis, ac calamitatibus propriam cumulatam regiam. Bruf. l. 1. c. 20. ex Plut. Appob.

M. AGRIPPA dicere solebat, multum se huic sententiæ debe- re: Concordia parvè res crescit, discordia maximè dilabuntur. Senec. in epist. l. 14.

Rogatus quidam, quodnam omnis discordiæ seminatium cenſeret? Respondit, Meum, & Tuum: quod frigidum verbum appellant veteres Ecclesiæ Doctores, & inculcat Chryſoſt. hom. 13. in Genes. unde Poeta quispiam:

Si duo de nostris tollas Pronomina rebus, Prælia cessarent, Pax sine lite foret.

Hinc & Aristoteles fontem seditionum dicit, majorum nobilitatem, & divitiarum abundantiam.

Ferunt fuisse duos Monachos, cum summa inter se concordia vixissent, alter vero, qui esset Discordia, scire cuperet, alterum docuisse, si propositum in medio laterem, ille vnum esse affirmare, alter idem suum diceret, eumque id aliquoties repetivissent, alterum discordiæ impatientem, socio laterem cessasse. Lavinus in c. a. Act. Apostolic.

GREGORIUS THADMATURGUS, teste Nysseno in vita, Laticum, qui dissidii inter fratres erat causa, penitus arefecit, vide Nyssen. in vita Euseb. l. 7. biff.

Leontinus Episcopus Antiochenus, in gravissima illa apud Antiochenos de fidei negotio dissensione, cum timens seditionem, sententiam suam aperte proferte non auderet, aliquando caput suum canis florentis manu demulcens dixisse fertur: Nivem eam solutam laticum multum subsecuturum esse. Anigmata eo obſcurius indicans, dissensionem celebrandi Dei apud populum aliquando in seditionem evasurum; neque eos, qui factionis suæ essent, cum reliqua multitudo consensuros. Niceph. Callist. biff. Eccl. l. 9. c. 24.

ALPHONSUS Aragoniæ, ac Siciliæ Rex, sæpè numero dicere solebat: Si Romanis illis temporibus vixisset, se constructurum fuisse templum Jovi Postorio, ut de rebus acturi in eo prius convenirent, & contentionem omnem deponerent. Invenit autem nihil æquè Republicæ esse perniciosum, ac si plebs cum Patribus crebra contentiones exoriantur. Anton. Panorm. l. 3. de rebus gestis Alphonsi.

FRUCTUS DISCORDIÆ. Audire discordiæ spiritum perverſo, cum Presbyter presbyterum profroſis contumelias, & maledictis aliquando lacerasset, alter dentibus fridens, correpta lancea iter arripuit, atque ad domum suam longius constitutam furibundus prope- rare gressibus cepit. Sed cum caligo noctis super venisset, ecce quinque nigri equites cum caballis æquè nigris obviant: eique 5, qui major videbatur, insultat. Sæpè, inquit, insulti, ut in

clientelam meorum contubernalium venires, nunc acrius non poteris jugum meæ ditionis evadere. Presbyter nimio terro- re percussus, putans esse nobilem virum, nomine Romanum, qui illum sollicitaverat, ut sibi subditus fieret, illi manus subditorum more deſculatus, se herili ejus fidei commisit. Quem protinus ille percussit: Scis, quis sum? Respondit Presbyter, nonne tu es Dominus meus Romanus? At ille, abſit, abſit; ego sum quidam diabolus. cui tu nunc commissus es: vide, ut fides promissis. Quo dicto disparuit. Hic autem perterrefactus domum rediit, Episcopus Teuzo- nem adiit, & me præſente, penitentiam flagitavit. Dignitas officii sacerdotalis illi adempta est, carceri cum ipse venire ad- plicenda, donec penitentiam adimpleſſet, inclufus. Patr. Damian. Card. lib. 4. Epist. 19.

NON SIT OBSTINATA.

De hac egregiè Senex quidam in Vitæ Patrum: Si quis aut de scripturis, aut de quacumque causa locutus fuerit, ne contendas cum eo: sed si quidem bene dicit, contenti ei, si vero malè, dic ei: Tu ſcis quomodo loqueris. At inquit Apollolus? Nolite contendere verbis. Hoc observans, & humilitatem possidebis, & odium evitabis. Nam si perſiſtas cont- tendens, & vis defendere sermonem tuum, nascetur scandalum. Ex Vit. Patr. p. 2. pag. 175.

AUCTORES, ET FAUTORES DISCORDIÆ, & DEMONES.

B. FRANCISCUS ASSISTAS cum venisset aliquando ad Aretinam civitatem, & ibi seditione inter cives orta, propinquum immineret excidium civitatis, vidit duos demones exultantes, eisque illos contra se invicem succentes. Cum autem sanctus vir mandasset per focium, ut ex parte omnipotentis Dei, & sui, demones omnes recederent, subito miro modo cives omnes unanimiter in pacem affenserunt. Jo. Triche. lib. 1. de tentation. religiosorum, c. 5.

Anno Dom. 1055. Henric. III. Imp. naturæ jucundus, hominibus affabilis, omnibus humilis, hostibus terribilis, pauperibus pius, & largus. Hic cum semel festum sanctoſſimas apud Moguntiam celebraret, diabolo suadente, inter famulos Archiepiscopi, & famulos Abbatis Fuldenſis contentione subor- ta de locatione, post verba eventum est ad verbera, ex quo Ecclesiæ pavementum cruore repletur: sed Episcopi, & aliis convolantibus, pax inter dissidentes reformata est, templum purgatum, atque cum multa devotione Miſſa celebrata est: & cum ad illum versum Sequentiæ ventum est: Hunc diem bellicofum ego feci. Quo audito, rigentibus omnibus, Imperator diligenter intendens lætiam diabolici: Tu, inquit, omnis malitiæ inventor, & incensor, diaboli bellifolium, & arroganciam luctuofum fecisti; sed nos per Dei gratiam, qui illum glorioſum fecit, pauperibus, & indigentibus gratioſum faciemus; & mox te incepta Sequentiæ, ſolemni ploratu gratiam Dei invocabam, completaque cum devotione Miſſa, omnibus pauperibus per præconem vocatis, omnia precioſa cibaria, quæ sibi, & curialibus preparata erant, in usus illorum consumpsit: Ipseque pius Imperator cum cæteris prælatis, ac ministris propriis manibus illis servit, Joan. Nauclerus volum. 2. Chronograph. generat. 36. anno 1055.

FRIDERICUS, & GUILIELMUS Saxoniam duces, fratres, crudelia inter se bella exereuerunt, hæreditatis paternæ causa; & quamvis de pace sæpè mentio fieret, impeditibus tamen plerisque, quibus ea discordia quæſtuerat, irrita fuit omnis H. compositio: Sed cum vastatis jam agris, tota Provincia pestum iret, & Apollonius quidam fratrum incensor discordiarum per annum Jubilum Romanum petiisset, rogavit Fridericus germanum suum, ut ad se Liberam veniret, secum de pace acturus. Annuit Guilielmus. Iter ingreſſo dixere consiliarii, paratis insidias esse, caveret, ne se iret perditum. Quibus ille: Age, inquit, lubens mori, si vos prius necatos videro, qui contentiones fratras alitis. Ita loquutus, festino cursu fratrem adiit. Cum quo, semotis arbitris, & vestigio pacem composuit, fœdusque pepigit. Aeneas Syl. c. 32. de Europa.

DIVINITUS SOPITA.

In Galliarum finibus audivi gestum esse, quod narro: Inter Abbatem, & quædam sæculi potentem orta est non levis de possessione contentio. Cumque à partis utriusque fautoribus minis diu certaretur, & jurgiis, tandem, ut armis ageretur, utrimque conditum est. Et sæcularis quidem, paratis militum copiis,

copiis, campum praelaturus ingreditur, acie fruit, cuneos ordinat, atque ad fortiter agendum omnium mentes acerrimus cohortator inflamat. Silvescunt omnia gladiis, rubent clypei, vociferantium clamor atollitur, minaces armorum fremitus inhorrescunt. Tela stringuntur, & solus ad verbera parvis impetus, ad congregiendum accensis mentibus, expectatur. Abbas enim non in armis terrenis spem suam, sed in humanae fides augete constituit, cunctis, qui pro se dimicare conveniant, suum prohibuit comitatu. Solos autem monachos suos equis imposuit, capita cucullis operiri praecepit: sicque cum illis, velut galeatis, & loriceis fidei munimento, Cruciferae vexillo, non ferreis, ut sperabat, arma conspiceret, sed tanquam ecclesticam, atque angelicam aciem cominus advertisset; tantus cum cum suis omnibus divini timoris horror invasit, ut desiliens de equis protinus arma proiceret, terrae se humiliter sterneret, indulgentiam flagitaret. Sic, sicut nimirum titulus victoriae triumphalis obtinuit, qui non in frementibus equis, non in micantibus gladiis spem posuit, sed ex divina tantum potentia virtute praesumpsit. Petr. Damian. Ohsenf. Episcop. Epist. 7. ad Firminum.

* Discretio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Discretio, Graece, διακρισις: & διακρισις discretus dicitur. Hebr. חָשַׁב, à verbo חָשַׁב, dicitur, discretus, dividit. Discernere enim est res recte sejungere, ita ut aliam cum alia non confundas, vel misceas.

Discretio rerum consequentium continet perspicuam, dilucidamque cum gravitate expositionem. Ihd. in Synonym. & Author. ad Hieronimum 1.4.

Discretio pertinet ad prudentiam, & est genitrix, custos, moderatrix virtutum. B. Tb. 3. sent. dist. 33. q. 2. art. 5.

Discretio omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorum, & perpetuitatem confert. Est ergo discretio non tam virtus, quam quaedam moderatrix virtutum, ordinatrix affectuum, & doctrix morum. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis, in perturbationem magis convertetur, exterminiumque naturae. Bern. sup. Cantic. serm. 24.

Quicquid boni cum discretione feceris, virtus est; quicquid sine discretione gesseris, vitium est. Virtus enim indiscreta pro vicio deputatur. Ihd. 1. de Synod.

Discretio est in judicandis rerum causis provida, & humanarum mentium ratio moderatrix. In Synod. Ihd.

SYMBOLUM.

Symbolum discretiois est Sal, qui quemadmodum in omni sacrificio adhibebatur, ita est etiam hae omni in opere adhibenda, unde monet Apostolus, ut sit rationale obsequium nostrum, Rom. c. 12. & Christus apud Marcum. Omnis victima (nempe spiritualis, & Deo grata) igne salietur. Vide supra testimonium S. Bernardi.

Huc refer ex loco de Prudentia pleraque.

* Disputatio.

QUID? EJUS EFFECTUS.

Disputatio, quam διαλογος Graeci vocant, est actus syllogisticus unus ad alterum, ad propositum ostendendum. Ita S. Thom. Opus. de Fallacis. Alibi praedicatio Fidei disputatio dicitur, ut in Actis Apostolorum.

Disputatio contentiosa ingenia exercere potest, quia in hoc genere accidit, ut crebro quis vincat, aut vincatur, quod & in certaminibus fit. Arist. problem. serm. 17. text. 2.

Disputationibus cur contentiosa est negatio, non quia apparet syllogismus in paucis continetur: quin etiam prolixius agatur, interposito tempore, paralogismus, id est, perversa ratiocinatio intercedere deprehenditur, & revocare, quod dederit, adversarius poterit. Idem Arist. problem. serm. 18. text. 8.

Disputandum non est contra negantes principia, nec contra eos, qui absurda, & distantia dicunt, nec contra eos, qui sophisticos. Sim. in pr. Phys. c. 15.

Dicitur autem disputatio, ut vult Varro, ab eo, quod est disceptando purum facio.

APOPTHEGMATA.

PYTHAGORAS, Vanam illius Philosophi orationem esse dicebat, quae nullam in homine passionem curaret. Quemadmodum enim medicina nullus est usus, nisi morbos à cor-

poribus exterminet: Ita neque philosophia, nisi animae vicia expelat. Srob. serm. 80.

ARISTIPPUS, Cuidam, qui proposuerat anigma, vehementer instanti, ut solveret etiam respondens: Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere? Lucianus in vita Demosthenis. Arrefertur à Dogeniano his verbis: Utrum stultior, qui mulget hircum, an qui cribrum supponit? Erasmi. l. 8. apoph.

Idem Alii curiosa indagine disquirentibus, an mundus rationis exors sit, aut anima praeditus, & sphaera nihilominus figuram teneat: Vos, inquit, plus aequo de mundo solliciti, vestram ipsorum immundiciam interea parum provida consideratione pensulatis. Srob.

ZEPHXIDAMUS, Cuidam percontanti, quam ob causam Lacedamonii leges de fortitudine citra scriptum servarent, ac non potius descriptas traderent juvenibus legendas: Quoniam, inquit, assuefaciendi sunt, ut praclaris gestis potius, quam scriptis intendant. Inertiae genus est, de fortitudine philosophorum more disputare: sed protinus factis exercenda virtus, quae paucis dogmatibus tradi potest. Plut. in Lacon.

EUDAMIDAS Archidami F. Cum audisset Xenocratem jam senem in Academia cum amicis disputantem, percontatus est, quis esset ille fenex? ubi respondisset aliquis, illum esse virum sapientem, & in eorum numero, qui virtutem quaerere: Et quando, assuefaciendi sunt, ut praclaris gestis potius, quam scriptis intendant. Inertiae genus est, de fortitudine philosophorum more disputare: sed protinus factis exercenda virtus, quae paucis dogmatibus tradi potest. Plut. in Lacon.

PANTHOLIDAS, in Academia philosophos audiens multa de virtute discentes, interrogatus cujuscumque viderentur ejusmodi sermones? Quid aliud, inquit, quam probi: sed profusus inutiles vobis, qui illis non utimini? Salsae tetigit mores Atheniensium, qui virtutem haberent in labris, non in facibus. Plut. in Lacon.

Aspallio dicebat, in causa veretunda nunquam tentari debere improbam quaestionem. Notavit Rhetores, qui in declamando moverent quaestiones nihil ad causam facientes. Erasmi. l. 8. apoph.

Apud Homerum ridetur à prociis Ulysses, quod panis frustula peteret, non enses, neque lebetes: ita & ridendi illi, qui disserendo solum id agunt, ut frivolas captivunculas obiciant, & ipsum tractandae quaestiones fundamentum evertant. Tales enim cum ad Nicenam Synodum convenissent, & quovis cavillationibus suis impeterent; Spiridion vir bonus, & verus Israelita, recitata fidei formula, Sophistam principem aggressus: Si credis, inquit, constanter responde, nec logomachis istis in Dei contemptum utere. Illico ille, Credo, & comites intuitus, Quantum interest, ait, de rebus nudis absque ludo disputare, & inanibus sophismatibus tempus consumere? mirantibusque subitam illam animi conversionem assentatoribus suis, Quamdiu, inquit, res verbis agebatur, verba opposui: at postquam cum verbis vis quaedam ex ore hujus fenis erupit, nihil amplius verba adversus cam valere. Admodum eleganter Chrysothomus.

In aliis certaminibus laures referunt, qui victores redeunt: Huius certaminibus divinis, solis debetur corona, qui fei magnitudine victos ingenuè fatentur. Ita Neepb. l. 8. c. 15. Sezom. lib. 2. cap. 3. Cedrenus, & alii. Beyerlinck in Apoph. Christian.

Erat in Concil. Florent. Imp. Palaeologus: qui, dum gravis illa incidisset altercatio de processione Spiritus Sancti, multa in Graecorum favorem annotasse, at domi suae (quae erat in Graecia) assertasse dicebat: Cui Julius S. R. E. Card. Cum in certamen se faceret sua Majestas descendendum: non oportuit arma domi relicta, sed in contentionem allata. P. Amil. 10. Beyerlinck in Apoph. Christian.

Non minus disserendo, quam elaborando doctrinam parari insinuat; Petrus Aldobrandinus Card. dum enim quidam disputantium circulos effugeret, aiebat: Tu id addiscendo facis, ut dum disputationem refugis, nihil addicas. Hinc bene Minerva armata veteribus pingitur: quia doctrina non nisi acriter pro ea disceptantibus, praedici fiat. Ex Henric. Farnes. in Apoph. de Principe. Beyerlinck supra.

Hujusce propositi pariter, & animi Joan Pictus, qui per-

con-

contanti, quasnam disputationes maxime prodesse existimant, aiebat: Quae pacato animo ad investigandum veritatem, privatim, ac fomentis arbitris exerceatur. Obesse autem illas, quae in propalato ferent, ad ostentationem dumtaxat, aut captandum vulgi auram, atque interitorem applausum. Joan. Franc. in vita Pici. Beyerlinck supra.

Apostolus Paulus vocatus coram Felice praeside: & Drusilla uxore, disputabat de Justitia, Castitate, & Judicio extremo, idque tanta verborum efficacia, ut Felix tremefactus, eum dimitteret. Act. c. 23.

Idem Apostolus paulo post conversionem suam, loquebatur Gentibus, & disputabat cum Graecis, quos prius pervertebat, eosque convincebat, unde confusi, eum volebant occidere, quod maxime alacritatis argumentum in Paulo extitit, testatur S. Chrysothomus. Act. c. 9.

Ita paulo ante Stephanus disputabat cum Judaeis, qui cum non possent resistere spiritui, & sapientiae ipsius, unanimiter impetum fecerunt in eum, ejectionemque extra civitatem lapidabant. Act. c. 7.

LOCUS DISPUTATIONUM.

Ethnici olim disputabant in locis publicis ad id deputatis, sive in scholis, quas Academias vocabat, qui usus etiam hodie obtinet, quoad publicationes. Judaei vero in porticibus, & atris templi, ac frequenter in Porticu Salomonis. Putat Arias fuisse locum in porta Orientali templi secundi, disputationibus destinatum. Item in Synagogis, quae plures erant in eadem civitate. Act. c. 13. Lorinus ibid.

* Dissectio.

Quare ANATOMIAM.

Vide Titulum de Morte, nempe quomodo, mortui.

* Dissensio.

Quare inimicitiam, Discordias, Odium.

QUID. ACCEPTIO DUPLEX.

Dissensio aliquando in bonam partem, plerumque in malam sumitur, ut significat exacerbationem concordiae adversantem, sive idem quod Discordia. In bonam partem accipitur in Epist. ad Hebraeos c. 10. ubi dicitur, observemus invicem in provocationem charitatis, & honorum operum. Graeci vocant Dissensionem Περσποραγίς, quasi incitationem & extimulationem: est enim Perosyllus in morbis, particularis motus à remissione in deterius. Dissensio mala tractatur titulis allegatis: Dissensio bona, quae salva pietate venire potest inter superiores, & inferiores: item inter aequales, & collegas, paucis stabilienda.

BONAE DISSENSIONIS EXEMPLA.

In actis Apostolicis describitur Περσποραγίς, sive dissensio Pauli, & Barnabae, orta propter Joannem Marcum, quem quod nuper discessisset ab eis, aut periculum metu, aut erga matrem affectu, quae Jerusalem agebat; & Paulus censabat non esse admittendum in societatem. Dabatur enim de Constantia, Barnabas judicabat aliter, non idcirco tamen violatam inter eos amicitiam demonstrat, quod semper de Barnaba Paulo honorifice loquatur, & eundem Marcum familiariter cum Paulo egisset, constat ex Epistolis. Vide S. Hieron. Apolog. cont. Rufin. Act. c. 14. 19. 13.

Idem Paulus restitit Cepha, id est, Petro in faciem, ad Gal. 2. quem tamen vocat Praeceforem suum, & columnam Ecclesiae. Ob quam scriptis diu, multumque per Epistolas decertatum fuit inter Hieronymum & Augustinum, quamvis opinio-nem idem explanatio, voluntatem verborumque concordiam non nihil distrahere videtur. Sigebert. in Chron. ad 498.

ABRAHAM, & Loth, summa conjunctione tenebantur, ab invicem tamen disjuncti, divisae, ut constat Gen. 13. salva charitate, & necessitate sustentatae familiae, non fœditate discordiae, inquit Aug. l. 16. de Civit. c. 20. 19. 21.

Talis fuit dissensio Episcoporum Aetiae, de Paschatis celebratione; nec non Irenaei cum victore Papa: Cypriani cum Cornelio: Chrysothomi cum Theophylo Alexandrino, & Epiphonio. Cyrilli Alexandrini cum Theodoro: Gregorii Magni cum Eutychio Constantino. Bernardi cum Petro Cluniacensi. Tales sunt contentiones Scholasticorum inter se circa sententiam de Gratia Dei, conceptione immaculata, praedestinatio. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Thomistarum cum Scotis. Quamvis in illis aliquando eveniat, quod in Rufino taxat S. Hieron. supra, ut cum dissidio doctrinae, famae, lacerationes, minae, & in Religione scandala gravissima conjungantur. Alia sunt humane inter Catholicas similitates, inquit S. Leo ad Anastasium salubri diabolici, quos fides Catholica damnat, errores. Notum est illud incerti Poetae:

Non sentire bonos eadem de rebus iisdem Incolami licuit semper amicitia.

Sic in Religione, salva pietate: liberi à parentibus, à maritis conjuges dissentunt in plerisque, quorum altera pars ad salutem non est necessaria, aut non omnino falsa: & de quibus utriusque recte sentiunt, ac hujusmodi dissidium Christianum censetur: quamvis etiam sic difficile sit, ut nulla animorum intercedat similitas, omnique culpa vacet.

* Dissimilitudo.

Cujus contrarium similitudo est.

DIVERSORUM DISSIMILITUDO, Considerata respectu

PERSONARUM DISSIMILITUDINE. Sunt nempe similes.

VIRTUTE, DISSIMILES FRUCTU.

NUMAM Roman. regem ita conspicuum, ut digno regno videretur, virtus reddidit: Lycurgum Legislatorem Spartanorum ita exivit, ut repudiaret regnum. Et quomodo Mucellitas, laxam hic, & luxu diffluentem intendit Spartam: ille Romanam ferocem, & intentam levavit. Plutarch. in eorum comparatione.

SANGUINE, DISSIMILES MORIBUS, Studiis, Fortunis, tum Minores Majoribus.

Ut singuli morturi nascimur, ita indolem stirpium, ac familiarum suos veluti natales, incrementaque habere; consequereque constat. Peccatoris victor fuit in Pipino Crasso, ignea mens in Carolo Martello, numen prope ipsum in Pipino Rege, animus orbis terrarum, ac celi capax in Carolo Magno: eo Rege, Augustoque Franci in summo constitit: Ludovicus Pius paterna magnitudine multo fuit inferior. Calvus propter adhuc laudi, quam vituperationi: Balbus brevitate Regni, ac Imperii est obscurae memoriae. In Simplice concessit majorum gloria, & nova nobilitas industria sibi vitam in solum patefecit apud Francos. Apud Germanos accidit idem in alia ejusdem Caroli Magni progenie. Carolus Crassus Augustus nullo exemplo curatore habuit fratris filium Arnulfum Augustum. Duos reliquit filios ex concubina procreatos, Vendaldum, ac Ludovicum paternis tantum natalibus, nulla praclara gesta re nobiles. Imperii nomen à stirpe Magni delatum ad Conradum Suevum. Amil. 13.

Q. HORTENSII, qui in maximo, & ingeniorum civium amplissimum proventu, summum auctoritatis, atque eloquentiae gradum obtinuit, nepos Hortensius Corbio, omnibus scortis abjectiorem, & obscuriorem vitam exegit: ad ultimamque linguam ejus tam libidini cunctorem inter Iupanaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat. Val. Max. l. 3. cap. 5.

A Rodolpho I. Imp. numerantur propagati Imperatores laudatissimi, donis tamen dissimilibus, praediti, hoc modo: Rodolphus I. mitis, Albertus I. fortis. Albertus II. gravis, & Fridericus III. pacificus, Maximilianus prudens, Rodolphus II. clemens.

Si centum ab hinc annis Venetae civitatis mores, & infirmitate tecum animo volvas, facile animadvertis, quae majores odio inprimis habuerunt, ac maximo studio à posteris recepta. Majorum judicio pro nefaris civibus prope habebantur, qui agros in continentem possederent. Extant adhuc aliquot coniciones in Senatu habitae à Thoma Moenico, duce clarissimo: quibus suadet, abstinere omnino publicae & privatim continentis possidendae. Deinde, summo probro id passum fuit, cum publice, tum privatim, si quis domi filium haberet, qui sacerdotia venaretur. Ad horum utrumque recentiores sic amplexi sunt, ut vix unam aut alteram familiam invenias, quae non amplissima latifundia sibi parat, quaeque ex liberis unum non domi habeat, qui amplissima sacerdotia possideat. Egnar. lib. 8. c. 6.

Filii patribus meliores.

A LEONIDAS Cleonymi F. Spartanorum rex Agidem, qui novatas tabulas induxerat, & agrum civibus aequaliter partiti voluerat, injustissimè in carcere strangulavit. At filius ejus Cleomenes, uxore Agidis Agiatide ducta, Ephoros fuit, & Agrariam legem tulit. Plut. in Cleomen.

M. CATO Centorius universos ex Italia pellendos censuit Græcos. At pronepos ejus Uticensis Cato, unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportavit. Eandemque linguam Rom. ex duobus Catonibus in illo abiecit, in hoc importasse, memorabile est. Plin. lib. 7. capite 30.

Odiu pop. Rom. adversus nullum ducem adeo grave exitit, ut adversus parentem Pompeii Strabonem ob avaritiam: cujus paventes in armis vim (fuit enim bellator fortis.) postquam fulmine ictus expiravit, corpus ejus, dum exportatur, ex lecto detraxerit, atque omni ignominia affecerit. At vicissim erga nullum ducem ardentius, quam erga Cn. Pompejum illius F. ob vite temperantiam, rei militaris scientiam, facundiam in dicendo, fidem, morum comitatem. Plut. in Pompejo.

B LEONIGILDUS, sive Leonigildus Hispania rex Arianus, sed bello strenuus, filium habuit Reccardum regni successorem, pium, pacemque nobilem. Rodericus Tolet. l. 2. rer. Hispan. capite 15.

Offani Suenonum, & Gothorum regis, ob tyrannidem à suis in aula exulti optimus filius fuit Ingemartus, Pacis, belli-que artibus insignis. Joan. Magn. l. 8. c. 24.

BOLESLAUS II. patri Boleslao in regno Boemiz successit, Pii cognomine, cum ille & idololatra, & parricida esset, & ob crudelitatem Savi cognomen haberet. Frater major natu Strachyquas Ratipone in cenobio monachum sponte induit. Mlada soror virgo Vestalis facta est. Dubrovnius l. 6.

GULIELMUS III. regi Neapolitano, & Siciliz, ob tyrannidem Mali cognomine adeptus, successit Gulielmus IV. filius rex sanctissimus, quem Bonum vulgo appellarunt. Colletanus l. 3. bist. Neapol.

Filii Parentibus deteriores. Degeneres.

Vetus proverbium, veritas diu in auspiciis, philosophus Chryseppus sic immutavit. Quis patrem laudet, bene felices nisi nati? At Dionysidorus Trexanius verum reposuit: Quis patrem laudet, non felices nisi nati? ut iis, qui per se laudant, vestiant se majorum laudibus, hoc obstruatur proverbio. Plut. in Aratro. Avidius Cassius in vita Severi Imper. neminem magnorum virorum ais, bonum esse utilem filium reliquisse.

ADAM Cain filium pessimum habuit, Noe Cham, Abraham Ismael, Isaac, Esau, Jacob Ruben maledixit, qui patri chorum gentilem inceperat, Joseph à Fratribus venditum diu desideravit, Heli filios pessimos in clade amisit.

Tam nota est Moysis gloria, ac virtutis magnitudo, ut indicari non egeat: & tamen qui olim pastor, Hebræorum populum, dura cervice, seditionibusque insipientem rexit, magnisque contentionibus perpetuum sacerdotium fratri, ac successori- bus reliquit, nonne Eliezer, & Gersam filios, juxta legem ex se ortos, in dignitate successione præterit? Et enim in eis neque ingenium, neque ullum intuitus est virtutis genus, quod tanto possit oneri sufficere. Atque ob eam rem in Hebræorum historia de eis nisi perexigua, ut de abjectis, mos est, mentio est facta. Fulg. l. 3. c. 5.

D SAMUEL Propheta duos filios suos, Joel, & Abiam rectores Israelitis Berisabe dedit, qui cum paternos mores non imitarentur, sed numeribus corrupti, judicia perverterent: Israelicæ omnes ad Ramatham convenerunt, & Samuelem, ut sibi rex daretur more cæterarum gentium, rogarunt. 1. Reg. 8.

SALOMON rex à pietate, & moribus Davidis patris sui degeneravit & ad deos alienos, à mulieribus persuasus, descivit. 3. Reg. 11.

ROBOAM ex Salomone patre sapientissimo, stultissimus filius, & arrogantissimus, quod populum se atque habiturum, quam fecerat pater, palam profectus esset, decem Tribus amisit: quarum qui electus, rex dictus est Israel: ipse vero, cui duæ reliquæ supererunt, nominatus rex Juda: nam ei Tribus Juda & proxima illi Benjamin parabant. Levitica cum Judaica mansit propter templum Domini, quod erat Hierosolymis Judæis. Lud. Vires in librum 18. Augustini de Civitate Dei, capite 20.

JOSIAS Judæorum rex, Manassis F. filius habuit scelestos, & idololatrias. Quorum maximus natu Joachaz, cum tribus men-

sibus regnasset, à Pharaone Aegyptiorum rege captus, & in Aegyptum abductus, perit. Alter Joacim, anno regni undecimo à Nabuchodonosore Babyloniorum rege subjugatus fuit. A quo cum rebellasset, vicinarum gentium incurfionibus infestatus fuit. 4. Reg. 23.

MANASSES Ezechiz regis sanctissimi filius scelestissimus, omnia gentium flagitia imitatus, idola coluit, templum Domini simulacra profanavit, Prophetas occidit, Magos consulit. Eam ob causam rex Babyloniorum, cum emissio exercitu vivum cepit, & Babylonem abduxit ferreis catenis vinctum. At dum iis carceribus peccatum suum passus, penitentiam faceret, & Dominum pro imperanda venia oraret, flexit Dominus animum Babyloniorum regis, ita ut Manassem liberum dimiserit Manasses in posterum sanctè vixit, Dominumque timuit, & quinquaginta quinque annis regnavit. 4. Reg. 21.

TELEMACHUS, absente patre Ulyssæ ad Trojam, sub matris Penelopes tutela mollior educatus, procorum quincientium conversatione corruptus, patri diffimilissimus evasit.

DIOMEDE in pugna fœgnis rem agenti, Agamemnon rex, Iliad. 3. patris Tydei fortia facta occidit, & tandem infertur.

SEOSTRIS Aegyptiorum regis filius ejusdem nominis, nulla in re paternam gloriam æmulatus. Diad. l. 1. c. 4.

NINUS Nini, & Semiramidis filius, sublata matre, nihil paternum vestigia sequutus, omni armorum studio abjecto ad otium se, & voluptatem contulit. In hoc si non fortiter, callidè tamen præsentis fortunæ consuluit, ut ad populos in fide retinendos, quotannis ex toto regno accuratorem haberet delectum, nova committeret castra, quasi subito aliquod moliretur bellum, & juvenutem ratus ad militaria munera obundanda promptem fieri, si frequenti delectu ad signa recocaretur, & si qua defensionis consilia occultè in populis mota essent, præsentium copiaram metu opprimerentur. Cæterùm ea Ninus per præfatos agere, ipse inter eunuchos & puellarum greges mollissimus, sed sine voluptatibus immergit: quibus turpiter captus, aliquando turpis consentit. Ejus vestigia alii qui post illum sunt rerum in Assyria potiti, ad unum sequuti, nihilo meliore fama vixere: quæ in tanta civitate, qui illud delectum reprehenderet, inventus est. Dolenter enim homines ferebant, pecuniam, quæ Fabiz gentis splendidi ferre vire debebat, flagitiis diffici. Ergo quoniam nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica severitas exheredavit. Val. Max. l. 3. c. 5.

Q. FABII MAXIMI Allobrogici, & civis, & Imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit, cuius ut cætera flagitia obliterentur, tamen abundè illo dedecore mores nudari possent, quæ in C. Pompejus prætor urbanus paternis bonis interdidit: neque in tanta civitate, qui illud delectum reprehenderet, inventus est. Dolenter enim homines ferebant, pecuniam, quæ Fabiz gentis splendidi ferre vire debebat, flagitiis diffici. Ergo quoniam nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica severitas exheredavit. Val. Max. l. 3. c. 5.

P. SCIPIONIS Africani superioris filius Scipio in tanta domestica gloria ortus parvulo admodum regis Antiochi præstitit capiti: ut nisi voluntaria morte absumi fatuus fuerit, quam inter duo fulgentissima cognomina patris & patris, altero oppressa Africa jam parat, altero jam amore ex parte recuperata Asia surgere incipiente, manus vincendas hosti tradere, ejusque beneficii præcarium spiritum obtinere: de quo mox L. Scipio speciosissimum deorum, hominumque oculis subjecturus erat triumphum. Idem præter petitor candidam togam adeo turpitudinis maculis obfolescentem in campum deulit, ut nisi gratia Cicerii, qui patris ejus scriba fuerat, adjuvus esset: honorem à populo imperaturus non videretur. Quamquam quid intersuit, utrum repulsum, an sic adeptam præteram domum referat? Quam cum propinqui ab eo pollui animadvertent, id egerunt, ne aut selam ponere, aut jus dicere auderet, insuperque è manu ejus annulum in quo caput Africani sculptum erat, detraxerunt. D. Diiboni, quas tenebras quo fulmine nasci passus estis. Val. Max. l. 3. c. 5.

Postedit favorem plebis Clodius Pulcher, ad hærensque Fulvianæ stolæ pugio, militare decus muliebri imperio subiectum habuit. Quorum filius Clodius Pulcher, præterquam quod enervem, & frigidam juvenam egit: perdit etiam amore vulgatilime meretricis infamis fuit, morisque crudeliscendo genere consumptus est, abdomine enim avidè devorato, scædæ, ac fordida intemperantiæ spiritum reddidit. Valerius Max. lib. 2. cap. 5.

Princeps suorum temporum Metellus Pius, in Hispania adventus suos ab hospitibus, aris & thure excipere patiebatur, Attaliciis autem contractis parietes lato animo intuebatur, immantibus epulis apparatissimos interponi ludos sinebat, palam veste convivia celebrabat, demissasque lacunaribus aureas coronas velut celestis capite recipiebat. Et ubi ista? non in Græcia, neque Asia, quarum luxuria severitas ipsa corrupti poterat, sed in horrida & bellicosa provincia, cum præsertim acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercitum oculos Lu-

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.

aliens. Quibus vitis plerique subditorum læcessit, jam pridem ab eo decesserent, nisi Gelonis recens memoria, & majestatis reverentia, quam fuisse Sicilia omni colebat, eorum impetus, voluntateque coercuisset. Diad. l. 11.

SOPHOCLES tragicorum princeps, filios habuit pessimos, inter quos Iophon, & ipse tragicus, cum accusavit ut vecordem & delirum, petens ut bonis ei interdiceretur. At Sophocles Oedipum Colonom tragicæm judicibus legens, quam tunc scribebat, omnium suffragiis absolutus est. Gualdus Dialogo 7. Hist. post.

ARISTARCHUS insignis ille Grammaticus, filios habuit ignavos planè, & degeneres, Aristarchum & Aristargoram. Ibidem.

ARISTIPPUS philosophus, cum degeneres filios adeo negligeret, quasi ex ipso nati non essent: accusatus à quodam, qui severitate ejus improbat: An non, inquit, & punitam & pediculos è nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abiciamus? Laertius l. 2.

CHABRIE Atheniensis, qui magnis virtutibus, magnisque victoriis apud Atheniensis excelluit, & qui multo felicior fuisse, si nullis procreatis liberis è vita discessisset, B filius fuit Ctesippius adeo à paterna virtute degener, ut periphe Phocionem ejus tutorem, virum aliquo patiensissimum, fecordia Ctesippi dicere cogit. Et quæ ob Ctesippi solidam mentem perferbat, ad referendam cumulatè pro acceptis à Chabria meritis gratiam abundè sufficere. Fulg. lib. 3. c. 5.

ANTIGONUS secundus Adolescenti cuidam, qui Patrem habuerat fortem, quamquam ipse non admodum bonus erat miles postulant, ut patris stipendia caperet: At ego, inquit, & adolescentem, à patre patris, ad patrem patris, nec ob patris fide ob proprias cujusque viri virtutes, mercedem, ac munera dare soleo. Plutarch. in Reg. l. 4. imp. Aropht.

Q. FABII MAXIMI Allobrogici, & civis, & Imperatoris clarissimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit, cuius ut cætera flagitia obliterentur, tamen abundè illo dedecore mores nudari possent, quæ in C. Pompejus prætor urbanus paternis bonis interdidit: neque in tanta civitate, qui illud delectum reprehenderet, inventus est. Dolenter enim homines ferebant, pecuniam, quæ Fabiz gentis splendidi ferre vire debebat, flagitiis diffici. Ergo quoniam nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica severitas exheredavit. Val. Max. l. 3. c. 5.

fitanis telis perfringeret. Adeo patris illi sui Q. Metelli Numidica castra exciderant. Val. l. 6. c. 11.

Consimilis matatio in domo Curionum extitit: Siquidem forum Romanum, & patris Curionis gravissimum supercilium, & Filii sexcentis sestertium aris alieni apexit, contractum famosa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, & in isdem penatibus diversa secula habitant: frugalissimum alterum, alterum nequissimum. Val. l. 9. c. 1.

CATONIS Uticensis filius perhibetur segnis fuisse, nec vacasse lascivia. In Cappadocia diversatus apud quendam ex familia regia, cui venusta erat uxor: quia diutius apud eum, quam honestum foret, agebat, derisus est a scribentibus in eum hæc: Cras Cato diceset post triginta dies, & Porcius & Marphadates amici duo animus unus, Psyche enim nomen erat Marphadatis uxori, quod animam significat. Præterea generosus, & egregius Cato regium habet animum. Cæterum omnem eam morte expunctam notam. Nam in Philippis contra Octavianum Cæsarem, & Antonium pro libertate decertans, cum inclinata aie neque fugere, neque læcebras sustineret querere, hostes læcessit: coramque iis, quis esset, declarans, ac stans adhuc in acie incians occidit, magna virtutis suæ apud inimicos relicta admiratione. Plut. in Catone.

L. LUCULLUS puer apud patrem nunquam lautum convivium vidit, in quo plus semel Græcum vinum daretur. Ipse cum rediit ex Asia, millia cadorum congiariorum divisit amplius centum. Plin. l. 14. c. 14.

MARC. CICERO filius, cum patris ejus fuerit abstinentissimus, binos congios haurire solitus est, teste Plinio, & temulentus M. Agrippæ scyphum impiegit. Volat. lib. 3. c. 5. ex Suetonio.

Quantum Germanicus animi vigore, prudentia, atque morum honestate præstitit, tantum Caligula filius animi ignavia, libidine, atque stultitia ab eo degeneravit. Defensum Germanicum non Romanus tantum populus, amiceque gentes, sed barbari quoque lacrymis, ceu communem patrem, prosecuti sunt. At filius Caligulae hoc seclera, ne publica quidem sepultura dignus est judicatus. Fulg. lib. 3. c. 5. ex Suetonio.

DOMITIANUS filius Vespasiani Cæsaris, & Domicillæ, frater Titii Imperatoris, à paterna pietate ita degenerans, ut Caligula, & Neroni similior esset, quam patri, ac fratri, Pubertatis enim, & primæ adolescentiæ tempora tanta inopia, & infamia exegit, ut nullum argenteum vas in usu haberet. Ita erat vitis, & luxu deditus, ut diceretur à pleribus in juvenute constitutus. Imperio potitus, tanta fuit ab initio clementia, ut ab omni cæde abhorretet, cupiditatis, atque avaritiæ ne ullam quidem suspitionem haberet. Deinde & privatus, & initio principatus, largissimè familiares suos profectus, abstinentiæ, & liberalitatis aliquot experimenta dedit, quæ late Tranquillus enarrat. Mox ad severitatem conversus, & libidinem, Nerone ipse superasse visus est. Suetonius in Dion.

M. ANTONINUS Philosophus Imp. sanctissimus, hoc solo peccavit, quod Commodum filium reliquit, Neroni magis quam Antonio similem. Quamvis plerique non Marci, sed gladiatoris ejusdem filium fuisse arbitrentur, cujus infano amore Faustina Marci uxor deperierit: & huic rei attestari gladiatoria studium ingens, quod Commodum inerat.

VALERIANUS Augustus, virtutis magnitudine inter clarissimos principes commemorandus erat, si virtuti par in eo felicitas fuisset. Patre à Persis capto, Gallienus filius propter H insignem vecordiam, xxx. tyrannis Imperii invadendi occasione dedit. Fulg. l. 3. c. 5.

CARUS, qui Probo Augusto æquè animi bonis, ut in imperio successerat, & qui animo ingenti simbus auctis singulari sanctitate populos rexit. Carinum filium imperii successorem habuit, moribus adeo patri diffimilem, ut pater eum, & vita, & Imperio privaturus fuerit, nisi iniqua nimis Rom. Imperii fortuna hæc animo agitantem Carum, repentina morte intercepisset. Fulg. l. 3. c. 5.

CONSTANTINI MAGNI filii tantum à paterna animi indole in omni genere laudis, atque officii recesserunt, quantum ille superiores principes omnes pietate, atque animi magnitudine superavit. Neque enim Constantino filio quisquam ad vitam incautus, Constante ad indecoras voluptates proclivior, Constantio aut levior, aut ad arrogantiam intolerantior fuit. Accessit, quod ut Constantinus à Catholicis ad Arianos, sic Julianus fratris filius à Christianis & gentilibus inaudita antè impietate se retulit, ac plurimum ipsi tum primam se cor-

robore Ecclesie nocuerit. Ambo tamen Imperium multis A tempestatibus hostium, tyrannorumque jactatum, successibus integrum, atque incolome tradiderunt. Sig. l. 5. Imp. accid.

HERODES Atricus sophista, cum ingenio, & eloquentia nulli secundus haberetur, filium Atticum habuit adeo hebetem, ut ne prima quidem perciperet elementa. Philostratus in eius vita.

THEODOSIUS MAGNUS Imp. feliciff. & fortiff. filios duos habuit admodum ignavos. Honorium Occidentis, Arcadium Orientis Imp. quorum desidia simul, & hinc Ruffini, illinc Stiliconis ducum perfidia, imperium à Gothis, Hunnis, Vandalis, foede dilaceratum est. Cusp. A. D.

ALEXANDER Imp. filius Basilii, frater Leonis V. cui successit in imperio, utriusque tamen moribus dissimilis: totus deliciis deditus venationibus, potationibus, petulantiae, impudicitiae indulfit. Nihil regium medians, regni curam in adulatores, praestigiatos, & eos, quos ex trivio sibi delegerat scelerum comites, reject. Idem.

NOSADINUM Damascenum Sultanum propria ignavia ab imperio dejecit, quod ei patris Saladini virtus pepererat. Damasci enim regno, quod ei Saladinus reliquerat, ob ignaviam à populis exactus est, Saphadino patruo ei successit. Fulg. l. 3. cap. 5.

Londinensium Filii raro parentum virtutes, peculiari quodam fato, emulantur. Id quod prava educatione, nimiaque patrum indulgentia in urbe omni luxu genere ob mercaturam affluente, fieri certum est. P. 194. l. 14.

FERDINANDUS Eugenius IV. Scotorum regis F. à paterna aequitate multum diversus, cum factiones inter proceres suas securitatis causa foret, tandem in vincula conjectus, & moribus variis divexatus, ne tantis calamitatibus diutius superesset in contumeliam, mortem sibi intulit: ut qui seditionibus civiumque cadibus vivens impie fuerat delectatus, neque sibi ipsi in vitæ exitu parceret. H. Boet. l. 9.

VENCESLAUS V. Boemorum rex, nomine patri similis, moribus dissimilimus, luxuriae, & luxus Mancipium, Olo-mucii in Moravia in privatis adibus incerto auctore confosus interit: duodeviginti annos natus. Em. Syl. cap. 28. hist. Boemica.

VENCESLAUS filius ignavissimus Carolo IV. patri in imperio, & regno successit, & quod majus est, ipsiusmet patris nullo iudicio, sed caeco tantum amore, Sigismundo, qui post imperavit, praelatus fuit. Dabr. l. 23.

CASIMIRUS ex Monacho regi Boleslaus filius successit, à patris virtute degenerans, religionis contemptor, justitiae negligens, etudelis Sanctum Stanislaus, Archiepiscopum Cracoviensem, interfecit. In exilio tandem perit. Crantz. lib. 3. Vandalia, c. 12.

LUDOVICUS XI. Caroli VII. filius, qui vivente patre regnum affectaret, ejusdemque armis pulsus ad Philippum Burgundum confugerat, Patre mortuo reversus, rexque salutat ac sacratus, longè alio, quam quo pater, instituto sibi regnandum arbitrat, sollicitam sibi omnem deinde vitam effecit. Aulicos, & amicos patris in nullo honore, gratiae habuit. Toto ferme regno Magistratus, Praefecturae, Procuraciones, Munerum functiones, in quibus aliquid dignitatis, commodive foret, repudiatis veteribus, novis hominibus demandabat, & quod maximo malo illi exitit, veteranis militibus, ductoribusque ordinum exaudoratis, à splendore quoque abhorrete visus. Itaque bello gravissimo cum proceres sunt infecti. Quos ille vix tandem memorabili astu, & perfidia circumvenit, sensimque oppressit. Emil. l. 20.

JOAN. GALEACIUS, qui Mediolanensis ducatus titulum primus adeptus est, suis charus, hostibus formidolosus, magnam Italiae partem possedit; quam ingenti virtute, ac gloria comparaverat. Inter filios, quos reliquit, Joannes nomine ei in ducatu succedens, Phalaride ipso crudelior, à suis occisus est. Gabriel spurius, haud amentia dispar, amiffis Pisis, quas possidebat, Genua securi palam percussus est. Fulg. l. 3. c. 5.

FRANCISUS SFORCIA, Mediolanensis dux, omni virtutis genere inter Christianos Principes excelluit. At inter filios nato major Galeacius, ambitiosus, mulierosus, indignus tanto patre. In Philippo, qui secundus fuit, si corpulentia, quam in juveni praefuit, par ingenium fuisset, de ejus vacordia concitata rumores dicendi minorum materiam praebissent. Ludovicus religionis simulator egregius, superbus, avarus, libidinosus, partum amissis à patre imperium, à Ludovico XII. Gallorum rege, cum numero militum superior esset, victus XVI. die amittit. Fulg. l. 3. c. 5.

ALFONSUS rex Neapolitanum regnum adeptus, fustis, flagratique Gallis, pietatem cum fortitudine, & justitia semper exercuit. Ferdinandus ejus filius licet non legitimo matrimonio natus, mortuo illi successit, nequam indigenum Alfonso patre. Ceterum hujus filius Alphonfus haudquaquam avo similis, tandem à Gallorum rege VIII. vita, regnoque privatus est. Egnat. l. 3. c. 5.

JOVIANUS PONTANUS Astronomus, & Poeta antiquis comparandus; Filium unicum, & illum ad litteras plane ineptum reliquit. Volat. in urbanis Com.

Frates, Sorores dissimiles.

Ex Tit. Fratrum perfidia, odia, quaedam huic loco inserunt, quatenus Dissimilitudo morum, & studiorum eos comitatur.

ESAU frater Jacob, Isaac filius, agrestis homo fuit, & venator, rufus totus, & villosi contionis illar. Jacob vero vir integer, & habitator tabernaculorum. Insum Isaac propter feram, qua delectabatur, hunc Rebecca mater adamabat. Genesis 25.

MARIA, & MARTHA sorores dissimiles inter se, quod Martha quidem in ministerio, & actione frequens, Maria vero contemplationi dedita esset. Christi tamen judicio Maria meliorem elegit partem. Licet autem studia diversa fuerint, scopus tamen unus & idem, Christi scilicet amor. Luc. 10.

Cum ludii Olympici fuissent ab Hercule restaurati; Pollux castibus, cursu, & pugillatu Castor videtores renunciati fuerunt. Nam tamen uno partu, & ex eodem ovo nati sunt, ambo tamen varia studia utriusque fuerunt, ut ait Horat. l. 2. Sermonum, Satyra 1.

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis. Quot capitum vivunt, totidem studiorum Milia.

Hellenis filii Dorus & Ion, quibus nationes Graecorum praecipue dicitur, Doriensis, & Jones: hi molles & luxu perditii, illi graves, & armis dediti. Ionum coloni Atheniensis, Dorum Boles, ducit Aolo. Jul. Caesar Scaliger l. 1. Poet. c. 19.

ARTOXERES, & CYRUS Darii ex Parysatide filii moribus inter se dissimiles. Cyrus acri, violentoque ingenio jam à prima aetate exitit. Manfucior in omnibus alter, & libidine esse natura videbatur mollior. Plut. in Artocerxe.

EURYSTENES, & Procles gemelli, ab Aegina uxore Aristodemii regis Spartiarum editi, cum Lacedaemonii Eurysthenem majorem natu judicassent, eamque ob causam regnum ei tradidissent, per omne vitæ tempus inter se disenserunt, & iridid eorum posterit. Quod in Cleome, qui ab Euristhenis, & Demarato, qui à Procle descendebat, patuit. Herod. l. 6.

Duo erant fratres, quorum alteri nomen Amphoterus, quod Gracis sonatambo: alteri Hecateros, quod illis sonat uterque. Philippus itaque Macedonix rex, animadvertens Hecateron esse cordatum, ac gerendis rebus accommodum: contra Amphoteron ineptum, ac degenerem invertit illis nomina, dicens: Hecateron esse Amphoteron, Amphoteron autem esse Ude-teron, id est, neutrum. Significans, alterum fratrem, videlicet Hecateron, duorum in de virtutes complecti, alteri nihil reli-ctum. Itaque ei qui Amphoteros dicebatur, mutavit nomen in contrarium, ut aditios dicebatur, quasi nullus. Plutarch. in Reg. Apoph.

SERVILIUS TULLIUS Romanorum rex, duas duobus Tarquinis elocarat filias, Arunti, & Superbo. Arunti quidem benigno Tullia serox obigerat: Superbo autem feroci altera benigna. Disparis mores ferocia ingenia ferre non poterunt. Clam igitur Tullia Aruntem, Superbo conjugem suam veneno tollunt. Mox inter se incestus copulantur nuptiis. Tandem Tullia maritum Tarquinium Superbum ad occeri cadem & regnum occupandum instigavit: ipsa carpento caecis patris cadaver concubare voluit. Liv.

Gracchorum fratrum disparitates Plur. in eorum vita exequitur. Primum vultu, & obtutu, & motu blandus erat, & compositus Tiberius: acri Cajus, & vehemens. Itaque in concionando ille modestè non se movebat loco: hic primus Romæ in Rostris decambulavit inter dicendum, & togam ex humero divulsit: ut de Atheniensis memoria proditum est Cleone, diloricasse eum in dicendo pallium, & semper percussisse inter Oratores principem. Deinde oratio fulminans Cæii, exaggerataque affectibus: dulcior Tiberii, magisque commiserationem movens. Dictione puta hæc, atque exquisitè elaborata: Cæii artificiosa, & splendida. Pari modo in vultu, & mensa frugalis

frugalis, ac simplex Tiberius: Cajus, si eum aliis cum confectis, continens, & restrictus: verum commissione cum fratre, grandis, & exquisitus: quod obiecti ei Drusus, Delphinos com-paraße eum argento repositos in libras quinque millibus nummo- rum. Moribus respondebant orationis superior lenis, & placidus, confragosus alter, & fervens. Unde in dicendo frequenter auferebatur in vitæ: ut vocem concitaret, in maledicta erumperet, & conturbaret orationem. Quare remedium adhibuit hujus excessus Licinium servum non insulsum: qui tenens instrumentum phonicum, quo excitant fonos, & à tergo Cæii concionantis confistens: ubi voce lenit concitatum, & ira conantem, remittebat molliorem: quo fulmen orationis confestim ille unà cum affectu, & voce molliens, refer-vecebat, revocabaturque facile. Dissonantiae erant eorum he. Audacia vero adversus hostes, justitia adversus populares, officiorum in muneribus eorum sedulitas, & adversus voluptates continentia pari in utroque. Major erat annis novem Tiberius: quod actiones utriusque diffraxit temporibus, & maxime cepta evadit, quod non simul foretur, neque opes suas conferte poterint in unum; quæ ingentes ex ambobus constiterat, quæ inexpectabiles fuissent. Plut. in Gracchis.

VESPASIANUS Imp. vir fuit multorum salium, & jucundissimus. Filius Titus tam humanus, ut amor, & delicia generis humani fit nominatus. Domitianus patri, & fratri dissimilis, & inimicus omnium. Suetonius.

In Dnas forores diverforum motum Asonius. Delia, vos miramur, & est mirabile, quod tam Dissimiles essis, tuque, sororque tua. Hæc habitu casto, cum non sit casta, videtur; Tu, præter cultum, nil meretricis habes. Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus: Te tamen is cultus damnat, & actus eam.

M. ANTONINUS Philosopher Imp. collegam sibi adoptavit L. Aur. Verum Commodum fratrem, nimum quantum dissimilem. Marcus enim voluptatum abstinentissimus: L. verò popinis, alic, histriionibus deditissimus, ut cum Nerone, & Vitellio cettare videtur. Marcus tamen fratris vitia dissimulavit, eundemque publicè & vivum, & mortuum semper laudavit, ac Divum insuper vocavit. Cuspinian. A. D.

SEVERUS duos filios reliquit, moribus, & ingenio dispares. Militaris res M. Antonio Caracalle cordi esse: Getæ, qui & ipse Antonini cognomen tulit, literarum cognitio, multiplexque disciplina: luctabatur cum aequalibus, aliaque campestris exercitationes probare. Aiper, & lævus ille: hic quietus, lenis, & popularis. Sabell. l. 5. Ann. 7.

CAROLUS Imp. juvenis, dolo occisus ab Afro socero, & Carinus homo contaminatissimus, adulter frequens, & corruptor juvenutis. Cui pater, dum contra Pertas proficerecetur, Gallias, Hispanias, Britannias, & totum ferè Occidentem regendum tradidit, cum Illyrico, atque Italia: sed ob nimiam ejus libidinem sapè cogitavit è medio tollere, cique abrogare imperium, & Cæsaris nomen. Is ubi patris, ac fratris intellexit interitum, liberius se omnibus enormibus immergit vitis, piorum sanguine macedatus, totiusque juvenutis corruptor. Cuspinian. A. D.

Habuit Constantius, Constanti Chlorig Augusti filius, & Constantini Magni frater, ex Basilia duos filios, Gallum, & Julianum: quos historici Tito, & Domitiano adæquant; Feritatem enim Domitiani Gallus Cæsar æmulabatur: Julianus vero similis Tito existimatus est ab initio. D. Idem.

VALENTINIANUS Valentem fratrem imperii consortem fecerat. Hi quaque ambo Christianis additi sacris essent, non idem tamen de Christo uterque sententur. Nam Valentinianus fidei stetit à Niceno Concilio constituta. Valens vero perfidie se dedit Arianae, ut qui proximè initiatus fuerat ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano, homine cum ipso Ario faciente. Ut autem Ariani Valentinianus nihil molestiæ præbuit, sic contra Valens Catholicos acerrimè divexavit. Sigon. l. 7. Imp. accid.

BASILIIUS II. Imp. ubi imperium suscepit, regium luxum contempfit, splendidi vestitu abstinuit, & omnes voluptates abiecit: licet prius regis affluentia delectatus, nonnunquam amore caperetur, ludigie, & festivitatibus, ac cæteris deliciis oblectaretur. Itaque res præclarè contra Bulgaros gessit. At frater ejus Constantinus VII. mollis plane, & effeminatus fuit, barbara mancipia circum se habuit, & evitatos, quos cubicularios, & concubinos fecit, dignitatibus, & honoribus locupletavit: gulæ, & veneri obnoxius, venationi mancipatus, ludos, ac theatrad infamiam amplexus. Cusp. A. D.

RACHIS, Longobardorum rex sanctissimus, spreto regno, monasticam vitam secutus est. At illius frater Aistulfus regnum occupans, ob astutiam ingenii, & ferocitatem animi, omnibus arma intendebat, maxime verò Pontificibus Romanis quorum ditionem sibi vindicare armis conabatur. Platina.

In Gallis mortuo Dagoberto, duo ejus filii Sigebertus, & Clodoveus, regnum sortiti sunt. Horum ille pietati devotus, non solum Ecclesias, & religionem à patre, quasi per manus traditas & acceptas, fovit, juvit, & auxit; sed ipse insuper multa nova cœnobicia suis sumptibus extruxit: & multis piis viris ex Anglia pulsus, ac ibidem exulantis, grata hospitium concessit. Hic verò luxuriam magis, quam religionem curans, ea, quæ ad gulam, libidinem, & avaritiam faciebant, sectabatur. Is tempore famis, Dionysii templum, quod pater ejus magnis impensis solido argento tæxerat: diripuit, & aperto feretro de Dionysii corpore os brachii fregit: & quia aureum erat, sibi attribuit, quamobrem superstitionum patronicum in furorem incidisse, & post annos duos mortuum esse scribunt. Reginaldus lib. 1. Robertus Gaguinus lib. 3.

CAR. MARTELLUS quatuor reliquit filios, Carolomannum, Pipinum cognomine Brevem, Aegidium Rothomagensium Archiepiscopum, & Griphonem. Mira fuit fratrum quatuor diversitas. Cæteri opes vel sacras vel prophanas appetebant, Carolomannus verò se Deo O. M. vocit. Paternis interfuerat bellis, multa ipse præclare gesserat: integra ætate, florentissimis rebus, regna, patriamque reliquit: illo sæculo, quo cœnobium lacrymis penitentia rigabatur, lacrataque voluntatis verberibus terga, mox ciliis tegebantur: longè alio quàm Martelli instituto, qui glorie Martellis mortalibus se ostentat, quem summi viri prædicant omnium Ducum, Imperatorumque gloriam transcendente. Carolomannus igitur monachum se professus, procul à domestico vitæ splendore Soractæ Italia montem petiit. Cùmque quicumque Francoorum Romam religionis causa inviserint, cum diverentes adirent; ex illa quoque celebritate in valtiore, longinquioreque solitudine Cassinum montem refugit. Emil. lib. 2.

SIGARUS Danorum rex duorum fratrum senum consiliis nitabatur, ingenii dissimilibus prædicatorum. Boluvifus cæcus & contentioso & pervicaci ingenio, tranquillitatis cum publice tum private hostis: Biluvifus è contra pacis eximie studiosus. Itaque cum Habertum, ob cæcos in praelio regis filios, & Sygnem filiam compressam, virtutis bellice nomine reliqui judices aboluissent: Boluvifus sententia omnium rescissis, suspensio necandum censuit. Sygne ne sponso superesset, injecto testis igne, semet cum famulis suspensio pariter necavit. Hak fratris Hagbarthi necem ulturus, Sigarus praelio victum occidit mox Syvaldum, qui Sygaro patri successit in quo regia stirps mascula defecit. Saxo lib. 7.

SVENONIS II. Danorum regis filii, Haraldus, & Canutus. Ille natu major ingenii foecoris, & nimium indulgentis, & prope superstitionis, intemptivo sacrorum cultu prius dicendi curam penitus abiecit, sed biennio tantum superavit. Canutus verò, ut manu promptus, sic justitia summus cultor fuit. Saxo lib. 11.

VENCESLAUS & BOLESLAUS, Uratislai Boemorum Principis filii, moribus plane dissimiles. Ille à Ludmilla avia sanctè H institutus, hic à Draho mira matre celestissima, idolis initiatus, fratrem in templo suapte manu interfecit, ut principatu integro potiretur. Dabrav. lib. 5.

LUDOV. IV. Germaniae, Bavariae, Lotharingiae, & Franciae Orientalis rex, Arnulphi Imp. F. legitimum paternum dignitatis titulos amplexus, omnibus erat amabilis; quem admodum Zuendebaldus frater nothus, ob sevitiam cunctis erat invidus, quia cum ignobilioribus versabatur, honestiores verò honoribus suis spoliabat. Cusp. A. D.

SIGISMUND. filius Car. IV. Imp. ex Joanna conjugè, ab in-unte ætate fratrem Venceslaum regem Rom. & propter ignaviam ab imperio dejectum, indole, virtutum decore, ac eruditione superavit: crevitque in dies mirum in modum in Principem strenuum, & ad fortissima quæque gerenda promptissimum, facile æquaturus Carolos, & Othonos, si ad pacis artes (quibus excelluit) parem belli felicitatem addidisset. Nam & majestate regia quam in procero ostentabat corpore: & liberalitate, ac munificentia, quam multarum linguarum peritia

ribus locupletavit: gulæ, & veneri obnoxius, venationi mancipatus, ludos, ac theatrad infamiam amplexus. Cusp. A. D.

RACHIS, Longobardorum rex sanctissimus, spreto regno, monasticam vitam secutus est. At illius frater Aistulfus regnum occupans, ob astutiam ingenii, & ferocitatem animi, omnibus arma intendebat, maxime verò Pontificibus Romanis quorum ditionem sibi vindicare armis conabatur. Platina.

In Gallis mortuo Dagoberto, duo ejus filii Sigebertus, & Clodoveus, regnum sortiti sunt. Horum ille pietati devotus, non solum Ecclesias, & religionem à patre, quasi per manus traditas & acceptas, fovit, juvit, & auxit; sed ipse insuper multa nova cœnobicia suis sumptibus extruxit: & multis piis viris ex Anglia pulsus, ac ibidem exulantis, grata hospitium concessit. Hic verò luxuriam magis, quam religionem curans, ea, quæ ad gulam, libidinem, & avaritiam faciebant, sectabatur. Is tempore famis, Dionysii templum, quod pater ejus magnis impensis solido argento tæxerat: diripuit, & aperto feretro de Dionysii corpore os brachii fregit: & quia aureum erat, sibi attribuit, quamobrem superstitionum patronicum in furorem incidisse, & post annos duos mortuum esse scribunt. Reginaldus lib. 1. Robertus Gaguinus lib. 3.

CAR. MARTELLUS quatuor reliquit filios, Carolomannum, Pipinum cognomine Brevem, Aegidium Rothomagensium Archiepiscopum, & Griphonem. Mira fuit fratrum quatuor diversitas. Cæteri opes vel sacras vel prophanas appetebant, Carolomannus verò se Deo O. M. vocit. Paternis interfuerat bellis, multa ipse præclare gesserat: integra ætate, florentissimis rebus, regna, patriamque reliquit: illo sæculo, quo cœnobium lacrymis penitentia rigabatur, lacrataque voluntatis verberibus terga, mox ciliis tegebantur: longè alio quàm Martelli instituto, qui glorie Martellis mortalibus se ostentat, quem summi viri prædicant omnium Ducum, Imperatorumque gloriam transcendente. Carolomannus igitur monachum se professus, procul à domestico vitæ splendore Soractæ Italia montem petiit. Cùmque quicumque Francoorum Romam religionis causa inviserint, cum diverentes adirent; ex illa quoque celebritate in valtiore, longinquioreque solitudine Cassinum montem refugit. Emil. lib. 2.

SIGARUS Danorum rex duorum fratrum senum consiliis nitabatur, ingenii dissimilibus prædicatorum. Boluvifus cæcus & contentioso & pervicaci ingenio, tranquillitatis cum publice tum private hostis: Biluvifus è contra pacis eximie studiosus. Itaque cum Habertum, ob cæcos in praelio regis filios, & Sygnem filiam compressam, virtutis bellice nomine reliqui judices aboluissent: Boluvifus sententia omnium rescissis, suspensio necandum censuit. Sygne ne sponso superesset, injecto testis igne, semet cum famulis suspensio pariter necavit. Hak fratris Hagbarthi necem ulturus, Sigarus praelio victum occidit mox Syvaldum, qui Sygaro patri successit in quo regia stirps mascula defecit. Saxo lib. 7.

SVENONIS II. Danorum regis filii, Haraldus, & Canutus. Ille natu major ingenii foecoris, & nimium indulgentis, & prope superstitionis, intemptivo sacrorum cultu prius dicendi curam penitus abiecit, sed biennio tantum superavit. Canutus verò, ut manu promptus, sic justitia summus cultor fuit. Saxo lib. 11.

VENCESLAUS & BOLESLAUS, Uratislai Boemorum Principis filii, moribus plane dissimiles. Ille à Ludmilla avia sanctè H institutus, hic à Draho mira matre celestissima, idolis initiatus, fratrem in templo suapte manu interfecit, ut principatu integro potiretur. Dabrav. lib. 5.

LUDOV. IV. Germaniae, Bavariae, Lotharingiae, & Franciae Orientalis rex, Arnulphi Imp. F. legitimum paternum dignitatis titulos amplexus, omnibus erat amabilis; quem admodum Zuendebaldus frater nothus, ob sevitiam cunctis erat invidus, quia cum ignobilioribus versabatur, honestiores verò honoribus suis spoliabat. Cusp. A. D.

SIGISMUND. filius Car. IV. Imp. ex Joanna conjugè, ab in-unte ætate fratrem Venceslaum regem Rom. & propter ignaviam ab imperio dejectum, indole, virtutum decore, ac eruditione superavit: crevitque in dies mirum in modum in Principem strenuum, & ad fortissima quæque gerenda promptissimum, facile æquaturus Carolos, & Othonos, si ad pacis artes (quibus excelluit) parem belli felicitatem addidisset. Nam & majestate regia quam in procero ostentabat corpore: & liberalitate, ac munificentia, quam multarum linguarum peritia

insigniorum reddidit, omnes facile suæ ætatis reges antecellebat. Quibus efficit, ut Ludov. Hungarorum rex, cui unica erat filia Maria, ultimam proles divi Stephani regis, hunc sibi optaret generum, eam desponderet puero penè. Idem.

STUDIO. CONDISCIPULI DISSIMILES.

EPHORUS CUMANUS, & Theopompus Damastriati filius Chius; ambo Ilocratis discipuli, sed ingenii dissimilibus. Ephorus simpliciter, & in historica dictione supinus, & segnis sine ulla contentione: Theopompus acerbo, & maligno ingenio, copiosus, densus, vehemens, veritatis in scriptis suis studiosus. Itaque Ilocrates hunc frenis, illum calcantibus egere dixit. Suid. Cicero ad Atticum, & de claris Oratoribus Quintilian. l. 10. c. 1. Infit.

SOCIETATE. HUC PERTINENT. Coniuges dissimiles.

Vide locum, Coniuges discordes. Arunti Tarquinio Tullia ferax, Superbo autem Tarquinio Tullia benigna uxor fuit. Vide præcedentem Titulum, Fratres dissimiles.

GORMO Danorum rex, Christianorum hostis summus, uxorem habuit Thitam, Edredii Anglorum regis F. Pietate insignem, quæ in obscuro infidelis mariti contentuit, neque eum vel exemplo, vel blanditiis ad Christum pellicere potuit. Crantz. l. 4. Dania, cap. 18.

Amici dissimiles.

Uterque Dionysium coluit, Aristippus & Platonides Aristippus à deliciis Avlicis, cum adessent, non abstinerebat; Plato etiam inter regalem luxum, frugalitatem servare nitebatur. Itaque cum Plato reprehenderet Aristippum, quod adeo lautius indulgeret: rogavit quid sentiret de Dionysio, num vir bonus videretur? cum respondisset, Videri bonum. Atqui ille, inquit, me multo vivit lautius. Proinde nihil vetat, eundem & laute vivere, & bene vivere. Laert. lib. 2. c. 8.

ANTIPATER dicere solebat, cum duos haberet Athenis amicos, neque Phocioni unquam persuasisset, ut acciperet, neque Demadem unquam dando explevisse. Hic erat Demades, qui valebat extemporali dictione, quam Demosthenes non nisi scripto diceret. Plat. in Græc. Apoph.

Collegæ dissimiles.

Consule Titul. Collegas non ferre: quatenus Dissimilitudo morum parit discordiam. Sparta eodem tempore reges duos protulit dissimilimos, Agidem Eudamide F. (Eurionidem, ni fallor) & Leonidam Cleonymi, Agidem: quorum ille vita, & moribus frugalissimus, Lycargi æqualitatem in urbem reducere conabatur: Leonidas vero in aula satraparum diu educatus, luxu Republicam corrupit, & Agidem crudelissimè in carcere strangulandum curavit. Plat. in Agide.

Ad Cannas C. Terentius Varro audacissimus homo, Rom. perdidit exercitum, frustra licet dissuadente L. Emilio Paulo. Et hio tamen tantæ cladis superesse noluit: ille & superstit, & malæ gestæ rei nuncium Romam tulit, & à Senatu, populoque Romano honorificè exceptus est, quod Republicam non deseruisset.

Post Cannensem cladem, cum omnes ferè Principes in acie cecidissent, Q. Fabium Maximum, & M. Marcellum Reip. præfecerunt. Etenim Marcellum, ejusque fidenciam, & promptitudinem, cum Fabii temperantes componentisque cautione, atque providentia, nunc ambos cum imperio consulari: nunc alterum consulem, alterum proconsulem adversus hostes misere. Tradit Posidonius, fuisse Q. Fabium Maximum clypeum, Marcellum ensim appellatum. Ipse certè comitebatur Annibal, timere se ut padagogum Fabium, Marcellum, ut adversariis esse: ab illo, ne quid mali inferret prohiberi se: ab hoc etiam accipere. Plat. in Marcella.

CONSTANTIUS, & GALERIUS, diviso inter se Rom. Imperio suas uterque provincias pro ingenio, judicioque suo longè distantes inter se ratione gerere instituerunt. Nam Constantius ne cui Christianorum religionis gratia noceretur, edixit: Galerius inceptam persequutionem in omnibus suis provinciis crudeliter exercere perrexit. Etenim Galerius in eos præcipue se intulit, qui in Palatio versabantur, adeo ut ipsum sanctis viris protus exhauserit. Constantius vero, ut quemque maxima apud se excellere pietate cognovit, ita amplissimis eum honoribus exultit. Itaque experientia, quemadmodum Eusebius, inquit, illorum fidei gratia, quodam die optione omnibus

data, hanc tolit conditionem, ut aut immolando integram potestatem præstante sibi operæ retinerent: aut si sacrificare abnuerent, à consuetudine, congestuque suo recederent. Cùm autem alii tuenda illius gratia causa se sacrificatores dixerunt, alii in pristina Christi colendi sententia permansissent: illos tanquam Dei sui proditores, gravissima oratione increpuit, hos ob sinceram, constantemque erga eundem voluntatem eximie collaudavit, atque illis amandatis, ut qui ne sibi quidem præstituri fidem essent, quam Deo se fessissent, hos regi sui custodes constituit. Quintianum, ut addit Euseb. inane mul-torum Deorum superstitionem destituit, ac Deum unum, propter religionem alicui negotium suscepit, neque reliquum vitæ beatissime degit. Ex quo factum est, ut Gallia, Britannia, & Hispania non solum posthac clades persequutionis non senserint, sed etiam in maxima felicitate, Constantio imperante, versate sint. Sigon. lib. 2. Imp. occident.

Quanto acrius hæreticos Theodosius Magnus in Oriente premebat, tanto vehementius eos in occidente Valentinianus II. fovebat. Erat enim jam annos septemdecim natus, & Probum præfectum prætorium, penes quem summa rerum in Italia erat, prospiciebat. Itaque edictum per omnes imperii sui provincias misit, ut qui aut Imperatori obstitisset, aut templa respectanti non tradidisset, capitali supplicio obnoxius esset. F. Sigon. l. 2. Imp. occid.

IMPERII SUCCESSIONE, SED MORIBUS Dissimiles. Successores dissimiles.

Vide Tit. Filii parentibus deteriores. Ex Catalogo item Regum exempla petantur.

Qui proximè Numam regnavit Tullus Hostilius, cum plurimas illas virtutes, præcipue & supra cæteras religionem ludibrio habuisset, atque cum lacerasset, ut inertis auctorem, & effeminatum, averit cives ad bellum. At qui ne ipse quidem ferocia in hæretis fuit, sed ex morbo gravi & difficili mutavit sententiam, ac superstitioni succubuit, longè à pietate Numæ remotus. Quo morbo magis, ac magis alios infecit, ut fama est, fulmine ictus. Plat. in Numa.

Experientia docuit, Romano imperio non feliciter evenire successione filiorum; Unus Vespasianus, Titum filium, virtutis suæ imitatore habuit: mox Domitianus degeneravit. M. Antoninus nullam unquam Reipubl. injuriam intulit, nisi quod Commodum filium reliquit. Severus Caracallam fratricidam, & senatorii sanguinis oforem post se in imperio habuit, Magnus Constantinus Constantem filium Arianum reliquit. Crantz. l. 2. Specie, c. 32.

TRANSAMUNDO regi Vandolorum in Africa successit Hilde-ricus ex Eudoxia Valentiniani Augusti filia procreatus. Is, licet à Transamundo Arianæ sacramento adactus, ne Catholicis parceret, longè aliud, quam superiores reges, ingenium induit: atque initio regni Catholicos ab exilio revocavit, & Episcopis Ecclesias reddidit, unde status religionis in Africa aliquando tandem est restitutus, qui post Genesici irruptionem fuerat profugatus. Sig. l. 16. Imp. occid.

EDUARDO I. Henrici F. regi Anglorum bellicosissimi, qui Scotiam subegit, successit Edovard. II. F. ignavissimus, qui eandem amisit. Huic rursus Edovardus III. præclarus Princeps. Polydorus l. 18. & 19. & Boetius l. 14.

VICTORIA, DISSIMILES MODO.

DEMETRIUS POLIORCETES dictus, per vim, atque avaritiam H multis injuriam inferens, civitates subiegebat, admodis machinis, concussis, & suffosis mœnibus. Timotheus verò Atheniensis persuadens verbis, & oratione docens, utilis esse, ut Atheniensium dicto audientes essent, eadem hæc quæ ille perfecit. Elian. de var. hist. l. 3.

NOMINE, EVENTU DISSIMILES.

Augusti cognomen tulit, qui primus Romæ imperavit, Augustus, & qui ultimus, fivè Augustulus, Orestis F. ab Odoacro Herulo interfectus.

Quemadmodum Constantinus Helenæ F. primus Constantinopolitanus Imp. fuerat, sic & is, qui post annos ab illo primo MCXXI. ultimus exstitit, Constantinus IX. Helenæ filius fuit. Urbis verò expugnatio, à Mahomete II. quarto Calend. Junias facta est, anno post Virginis partum 1453. Joovius in vita Mahometi II.

Uno, eodemque tempore Constantini duo in Albione imperavere: alter Britannis, alter Scotis dissimili ingenio. Scotus

Scotus ignavia, & libidine, Britannus virtute, & pietate clarus. Horat. Boeth. l. 8.

RERUM, SECUNDUM QUAS DISSIDENT.

PUTA DISSIMILES MORIBUS. Cùm Cleomeus Spartanorum rex exul, in magna auctoritate apud Ptolemaum Philopotorem esset, invitatus fuit Aulicis, cùm dicerent verari illum inter ovæ leonem. Nam revera eos mores præ se ferebat, in regia tacite nimis intuens, & quæ agerentur speculans: neque verò demulcebatur eum, mœneta: sed sicut Apim, quamquam laute, & opipare videret, naturalis vitæ tamen, liberum cursum subfultuum delectationem tenet, ac clarè ostendit molestè ferre se in sacerdotis manibus moram: ita ille nullis capiebatur deliciis. Tandem in vincula coniectus, eruptione facta cum suis, ipse seipsum occidit. Plut. in Cleomene.

Proverbio circumfertur: Οραουβδης Διονυσιον φασ' αυρωβουον, id est, Dionysium Thyrsibulo similem esse dicitis. Ubi quis ea componit, quo nimio intervallo inter se differunt. Dionysius enim inter pestilentissimos tyrannos commemoratur: Thyrsibulus laudatus, quod Republicæ studiosissimus fuerit. Sumptum est et Pluro Aristophanis. Erasim. in Adag. Averterant in se populum in spectaculo gladiatorum Livæ Augusti uxore, & Julia filia quidem, comitatus dissimilitudine. Quippe cingentibus Liviam gravibus viris, hæc juvenutis, & quidem luxuriosa, grege circumfidebatur. Admonuit patris scripto, videret quantum inter duas principes feminas interesset? Eleganter illa rescriptit. Et hi mecum senes fient. Macrobi. l. 2. c. 5.

VITA, MORTE. In Evangelis fertur tunc Mulierem hemorrhoisam ægrotare cepisse, quando nata est Filia archisynagoga: & quando ista sanata sit, statim illam esse mortuam, uno, atque eodem annorum spacio. Hieron. l. 18. Comment. in Isaiam, c. 5.

LIBERORUM FORTUNA.

Matrum duarum similem casum Apollonides in 1. Græcorum Epigramm. ut scilicet describit. Αγγελίης ηρωον αι ούτω μαλιστα, ηναιον φησιν κλυτα κροσσισμων. Τύχων δ' ετακλαση αλλοιων δειμα δαυ, διςμορος, οικαις συμβολον δε τρυνη. Τλα δ' αι ιναια διων δ' ετυνησ αβραυς ηναιον ες γυλο σπας αι' ερασοις. Μνηστος αι ανιου μοιρος λαχον: η μιν αδασται ζωει ερη, κων δ' ελαται οδι νεω.

AMICITIA. Cn. Pompejus tam fuit populo Romano charus, quam in odio ejus pater. Plut. in Apoph.

Diffimulatio.

DEFINITIO, & USURPATIO.

Diffimulatio est, dum astute clamamus, quæ sciti ab aliis nolumus, dummodo tamen existant, & in se vera sint. Unde à simulatione differt, qua etiam celamus falsa, & ea, quæ non sunt.

DISSIMULARE V. G.

C. MARIUS à L. SYLLA Roma pulsus, dum Sylla cum Mithridati ducibus in Bœotia bellum gerit, audita seditione inter Octavianum, & Cinna Romæ orta, manu facta militum, in Italiam rediit, & Cinna se conjunxit. Urbem ingressi, dum summa crudelitate in cives severerunt. Cinna satellitibus cinctus est ingressus. Marius simulatè subfugit ad portam, ardensque ibi, exulem se est cavillatus esse, & patria sibi ex lege interdictionem: si præsentia sua opus esset, abrogandam alii lege priorem. Quare concione ad vocata, antequam tres, aut quatuor tribus suffragium tulissent, abjecta simulatione, & exili causatione, inivit urbem circum sepeus delectis servis, qui se consularent ad eum, quos Bardiazos appellabat. Plut. in Mario.

NERO de mora Gallorum, & Vindiciæ defectione, cognovit Neapoli die ipso, quo matrem occiderat: adeo que lentè, ac fecerit tulit, ut gaudentis etiam suspitionem præberet, tanquam occasione nata Ipolandarum juve belli opulentissimarum provinciarum. Statimque in gymnasium progressus, certantes athletas effusissimo studio spectavit. Cœna quoque tempore interpellatus tumultuosioribus literis, hæcenus exaudivit, ut malum iis, qui decessissent, minaretur. Denique per octo continuos dies non recubare cuiquam, non mandare quid, aut L. B. Theatr. vice Ham. Tom. 11.

præcipere conatus, tem silentio obliteravit. Suet. in Nerone.

ERROREM.

HERACLIDE, qui per imprudentiam perperam citatæ ex Dionysio, quod erat apud Sophoclem, mistum est exemplar, ut ibi conspecto carmine agnosceret suum errorem. Hic quoque tergiversanti, nec lapsam agnoscenti, dicentique casu fieri posse, ut in diversis poetis versus consentiant, scripsit quispiam, simiam haud capi laqueo: ηρωον πιδουος ηχ' αλασταρα πωρ, αλασταρα μιν ηδ' ηρωον δ' αλασταρα. id est, Laqueo verussum simius non prenditur: Capitur quidem ille, capitur autem serius. Erasimus in Adagiis ex Lactio.

MORBUM.

An. 1482. Maximiliani conjux Maria, unica Caroli Burgundi filia, prægnans, cum in venatione equo delapsa graviter se læsisset, sed læsionem dissimulasset, diem suum Brugis obiit. Crantz. l. 12. Saxo. c. 29.

Frequens hoc Mercatoribus, veras lacrymas naufragiorum propriorum, simulata clade alienorum, dissimulata. Capta à Carolo V. Imp. an. 1521. Genus, plus prædæ eo ipso die ibidem factum est, quam toto anno per Mediolanensem principatum ex victis hostibus partum. Id tamen malum Genuenses, quam maximè potuerunt, dissimulavere, ut quia omnium ferè facultates in mercibus consistunt, ne minus fidei fidei mercatoribus, qui apud omnes gentes negotiantur, aliquando haberetur. Polydorus. l. 27. Hist. Anglicæ.

AUDITUM.

Antiochus Menelaum revocantem à cursu cùm audiret, perinde tamen quasi non audisset, ita celeritè etiam currebat. Liad. 4. ανηλοχος δ' εα ες ποδω κληρον εδωκε, κληρον εταπιπρον, αι ουκ ατορα ιοναις. id est, Quin etiam cursum Antiochus magis accelerabat, Instigans simulatè, audireque dissimulabat. Erasimus in Adagiis.

CONJUGIUM.

Timuit Isaac Patriarcha periculum de pulchritudine conjugis Rebecca, cùm habitaret Geraris inter alienos, fecitque quod Pater Abraham, ut eam forem diceret, taceret tamen, conjugem: Erat enim ei propinqua, & paterno, & materno sanguine. Augusti. l. 16. de Civitate Dei, c. 36.

Diffuasio.

Cujus antitheton Suasio.

Ex loco Prudentia hæc exempla transferantur.

Accepit hospitio Hannibalem Carthaginensium ducem Pacuvius longè princeps Campani nominis: cujus filius Rom. gratificatus, Pœnum hospitem super cœnam intertere cogitavit: peregrissetque haud dubie ferax juvenis auid facinus, nisi paternis precibus, & lacrymis victus (placuit enim patri, priusquam convivium iniretur, id consilium communicare) proposito abstinuisset. Potuit ille excidim, quod Campano nomini imminere, sua dextera erocantem, nisi pluris hospitalem patris sui fidem, domesticorumque latium præsentiam, qui tanti hospitis cæde erant pollendi, quam patris, civiumque salutem fecisset. Sob. l. 7. c. 6.

VALENTEM Imper. natura severum, & ad audiendas lites promptum, Adulatores, & maximè Modestus præfectus prætorio averterunt hominem subagrestem, & literatum imperitum, asserentes infra cœnam imperialis causarum privatarum minutus esse. Sic amoto juris custode rigidio laxata sunt rapinarum fores. Marcellinus l. 30.

SOPHIA RUSSA Uladislaw Jagelloni nupta, cùm tres liberos mares regi peperisset, aculata de stupro, nec audita, remittebatur in Lituaniam asseranda in custodia, nisi Poloni proceres, & in primis Joan. Tarnovius palatinus Cracoviensis, cujus magna tunc erat auctoritas, dissuasisset. Is enim, cùm id à rege clam agi ex apparatu curruum, & mox ipsius confessione cognovisset, perconatus est regem, quid pueris ex cœnatis facturus esset? cùmque rex, secum eos lore, & in spem regni educatum iri, respondisset: Apage, inquit Tarnovius: tunc reges nobis relinquere vis, quos ipse, dum matrem ipsorum probo afficis, pro tuis liberis non agnoscis? Caterum fœnatus frequens eodem perduxit, ut regina se suo ipsius, & septem honestarum, & nobilitum seminarum jurejurando purgaret. Gromerius l. 19.